AUCTARIUM MAEANDREUM
Vol. III

HANNA SZELEST

DE PAUSANIAE CLAUSULIS

EDITUM AUXILIO MINISTERII SCHOLARUM SUPERIORUM
VARSAVIAE 1953

Nakład 760 egz. Stron 40 + VIII tablic Marzec 1953 r.
Papier druk. sat. 70×100, kl. V, 80 gr.

Zam. 151/51 — WROCŁAWSKA DRUKARNIA NAUKOWA — F-2-11653

I

Cum adhuc nondum liqueat, an apud Pausaniam in periodorum vel sententiarum confiniis clausulae inveniantur necne, quaestioni huic in dissertatione mea operam navare statui. Quam si solverimus atque iam satis manifestum fiet auctorem clausulis quibusdam usum esse, tum in alias quoque quaestiones animum advertimus, quae, cum levioris sint momenti, tamen cum quaestione mihi proposita arctissime coniunguntur. Itaque investiganda etiam sunt, quae sequuntur: 1) utrum clausulae occurrant, quae scriptori praecipue cordi sint, 2) quot voces saepissime clausulam efficiant, 3) quot syllabas ultima clausularum vocabula creberrime contineant, 4) utrum hiatus admissi an sublati sint. Antequam tamen ad clausulas apud Pausaniam investigandas accedamus, restat, ut paucis etiam explanemus verbis, quid de hac re viri docti senserint. Scriptores enim antiqui nihil nobis de Pausaniae genere dicendi tradiderunt. Recentioribus autem temporibus XIX demum saeculo A. Boeckhius, vir doctissimus, in dissertatione „De Pausaniae stilo Asiano"[1] primus de quaestione hac tractavit atque fundamentum iecit ad Pausaniae stilum indagandum; nulli enim adhuc viri docti eam attigerunt. Cuius opinionem liceat mihi proferre. Boeckhius enim, ut auctoris nostri stilum definiat, his utitur verbis: „ita omnia fracta, concisa, inversa, perturbata sunt; quae praeponenda ceteris verbis fuisse arbitreris, ea postposita, quae postponenda, ea occupata sunt". Deinde ex eo quoque comperimus Pausaniam Hegesiae orationem sibi ad imitandum proposuisse. Qui etiam in genere

[1] August Boeckhs Gesammelte kleine Schriften IV. B.: Augusti Boeckhii opuscula academica Berolinensia ed. F. Ascherson, E. Bratvscheck, P. Eichholtz, Lipsiae 1874 p. 208—212.

dicendi similis adeo Hegesiae fuit, ut, cum utriusque scriptoris scripta comparamus ab eodem auctore profecta esse videantur: „ea ita similia Pausaniae numeris sunt, ut eundem te scriptorem tenere putes". Quae cum ita sint, Boeckhius scriptoris nostri stilum Asiaticum et Hegesiacum dicit, quem Hegesias Magnes Sipylenus excoluit, hoc est Pausaniae popularis. Hegesiam enim rhetorem, qui Ptolemaeis Primo et Secundo imperantibus floruisset, Asiani stili fundamenta iecisse scimus. Addendum tamen est, quod Boeckhius quaestionem, qua in re similitudo haec inter utrumque auctorem constaret, omnino silentio praetermisit. Indicavit tantum apud Pausaniam eas clausulas inveniri, quibus prosa aetate, quam hellenisticam nominamus, adornata est.

Boeckhii opinionem postea alii viri docti sunt amplexi, qui de Pausaniae stilo disseruerunt eamque quaestionem attigerunt i. e. Fr. Blass[1], W. Christ[2], E. Norden[3], nostris autem temporibus Stanislaus Skimina[4]. Blass, qui nonnulla I et VI libri fragmenta examinavit, apud Pausaniam responsiones rhythmicas creberrime inveniri contendit atque opinionem suam exemplis allatis confirmavit. Praeterea autem Boeckhii opinioni adstipulatur atque contendit Pausaniam Hegesiae orationem imitatum esse. Altera tamen ex parte addidit genus dicendi ab auctore nostro usitatum stilo, quem in Testamenti Novi scriptis invenimus simillimum esse. Attamen hi omnes viri docti, ut ex eis, quae supra diximus, satis elucet, Boeckhii auctoritate innixi nihil fere novi attulerunt, cum eius opinionem iterum atque iterum repetivissent breviterque de Pausaniae stilo tractavissent. Miro etiam casu accidit, ut nemo in clausulas diligentius inquireret. Qua de causa quamquam centum iam fere praetereunt anni, ex quo Boeckhius primus Pausaniae stilum diligentius perscrutari sibi proposuit, pauca tantum de hac re mentiones apud alios viros doctos inveniuntur, quaestio autem nondum satis illustrata atque exhausta videtur.

---

[1] Fr. Blass, Die Rhythmen der asianischen und römischen Kunstprosa, Leipzig 1905.

[2] W. Christ, Geschichte der griechischen Literatur II. B. 2. Hälfte: Die nachklassische Periode der gr. Literatur, München 1913 p. 591 – 596.

[3] E. Norden, Die antike Kunstprosa II. B.

[4] St. Skimina, État actuel des études sur le rhythme de la prose grecque, Cracoviae 1937.

Operae quoque pretium est commemorare apud omnes viros doctos, qui de hac re disseruerunt, pauca Descriptionis Graeciae fragmenta in censum venisse neminemque eorum operam dedisse, ut periodorum vel sententiarum confinia perscrutaretur atque uberius de Pausaniae stilo tractaret. His omnibus cognitis addamus necesse est omnes viros doctos in eo consentire, quod auctoris nostri stilum „asiaticum" esse putant. Qui autem cum satis habuerint in universum quaedam de quaestione ea proferre, nemo vero adhuc de clausulis apud Pausaniam fusius tractaverit, rem accuratius illustrari non supervacaneum esse puto. Quibus igitur consideratis quaestionis huius indagandae consilium cepi. Nunc cum ea, quae viri docti de auctoris nostri stilo contenderant, plane exposuimus, restat, ut de methodo etiam, qua in dissertatione mea usa sum, pauca praemittam. Ac primum quidem ingenue profiteor Stanislai Skimina, viri doctissimi atque quaestionum rhythmicarum peritissimi, dissertationes magno mihi auxilio fuisse, cum dilucide me docuissent, quomodo clausulae in oratione dissoluta investigandae essent atque viam, qua in quaestionibus eius modi indagandis progrediendum esset, mihi indicavissent. Ex his igitur multum nobis subsidii redundavit sed de hac re porro fusius tractabimus.

II

Scriptor unusquisque in arte rhythmica quaedam, quae eius propria sunt, praestat. Hae proprietates ei separatum ab *aliis destinant locum.* Ut autem numerum orationis cuiusdam scriptoris cognoscamus, comparandi via secundum Stanislaum Skimina[1] atque alios viros doctos progrediamur necesse est: „ut rhythmi cuiusdam scriptoris imago perfecta sit, itaque omnia eius propria complectatur, tres comparandi viae necessariae sunt:

1) diversorum eiusdem eius orationis membrorum

2) variarum orationum, quae diversis temporibus ortae sunt

3) rhythmi ipsius orationum cum rhythmo aliorum scriptorum prosae"[2].

---

[1] St. Skimina, De Ioannis Chrysostomi rhythmo oratorio p. 3.

[2] A. W. de Groot, De numero oratorio Latino, apud Skiminam l. l. p. 3.

In rhythmo etiam indagando locorum, quos componimus, numerus plurimus magni est momenti, cum „quanto plura exempla tanto pauciores esse errores meminisse oporteat", ut rectissime Skimina[1] contendit. Cum autem de rhythmo in sententiarum vel periodorum confiniis obvio apud scriptorem quendam exponere volumus, clausulae ante pausas graviores, clausulae ante pausas leviores atque contextus investiganda sunt. In oratione enim recitanda duo incisorum genera, graviora et leviora, distinguamus necesse est, cuius rei Cicero memoriam fecit libro, qui „De oratore" inscribitur: „clausulas enim atque interpuncta verborum animae interclusio atque angustiae spiritus attulerunt"[2]. Cum vero duo incisorum genera distinxerimus, duo quoque genera clausularum discerni oportet: clausulas ante pausas graviores, quas Cl, et clausulas ante pausas leviores, quas cl significavimus. Contextum autem littera T notavimus. Graviores pausae dicuntur, quae cum puncto aut signo interrogationis, leviores autem, quae saepissime cum nota congruunt. Scriptores antiqui magna ex parte operam navare videntur, ut sententiarum fines aliquo sive aetatis sive cuiusdam scriptoris proprio terminentur rhythmo. Periodorum igitur, enuntiatorum vel earum partium exitus, quae clausulae nuncupari solent, certa rhythmi forma a reliqua oratione differunt. Comparandi igitur via in rhythmo indagando progrediendum est; saepe enim accidit, ut forma quaedam, etiamsi magnam centesimarum partem expleat, auctori cordi non sit[3]. Ut autem res manifestius illustretur, exempla, quae sequuntur consideremus: creticus auctus trochaeo 19,7 %, dicreticus 7,9 %, ditrochaeus 13,5 % apud Pausaniam assequuntur. Quae cum ita sint, facile conici potest omnia clausularum genera, quae hic enumeravimus, a scriptore nostro praecipue expetita esse. Res tamen aliter se habet: clausulae enim –⏑––⏓ et –⏑––⏑⏓ Pausaniae cordi fuerunt, clausulam ditrochaeicam autem neque expetivit neque evitavit. Quod tum demum explicatur, cum Pausaniae orationem cum prosa arhythmica comparamus. Numerum enim orationis cognoscere

[1] St. Skimina l. l. p. 4.

[2] Cic. De or. III, 181.

[3] A. W. de Groot, Der antike Prosarhythmus 5, apud Skiminam l. l. p. 4_2.

possumus, ut iam supra diximus, aut clausulas cum totius periodi structura comparando aut cum oratione dissoluta numerosam orationem componendo. Quod autem investigatione effectum erit, numeris exprimendum et in tabulis collocandum esse puto, ut rectissime de Groot contendit[1], cum in quaestionibus eius modi explanandis „statisticae" quae vocatur auctoritate innitendum sit. Priusquam ad Pausaniae rhythmum oratorium describendum accedam, monitos esse lectores velim in quaestione hac indaganda me semper vocalem brevem ante mutam cum liquida ut pote brevem tractavisse. Quibus igitur breviter explanatis nunc ad rem ipsam accedamus. Ut Pausaniae rhythmum oratorium perscrutaremur, decem Descriptionis Graeciae libros accuratissime examinavimus atque quattuor milia clausularum ante pausas graviores et duo milia ante pausas leviores comparavimus. Praeterea mille textus versus investigavimus. Tum clausulas ante pausas graviores et ante pausas leviores cum totius periodi structura, deinde autem Pausaniae orationem cum Georgii Pachymeris oratione dissoluta comparavi, cum scriptor hic rhythmicus non sit, propterea quod saeculo XIII/XIV vixit. Itaque in Georgii Pachymeris „Michaele Palaeologo" mille sententiarum exitus inspeximus, quos deinde cum Pausaniae clausulis composuimus. Praeterea Pausaniae orationem cum aliorum quoque auctorum oratione comparavimus et, ut rem hanc manifestius demonstraremus, tabulis quae Stanislai Skimina libro „État actuel des études sur le rhythme de la prose grecque" inveniuntur, usi sumus[2]. (tabula II). Deinde cum in rhythmo investigando etiam syllabae finalis quantitas magni sit momenti, syllabam hanc in unoquoque clausularum genere accuratissime investigavi. Ad hiatus etiam animum advertimus, utrum in Descriptione Graeciae missi an sublati essent; a scriptoribus enim rhythmicis maxima ex parte collisionem vocalium evitatam esse scimus. Quod autem investigatione effectum est, exemplis illustravi atque in tabulis collocavi, ut observationes meas numeris testibus confirmarem. In prima dissertationis meae parte de variis clausularum formis, quae apud Pausaniam inveniuntur, exponam. Cum rhythmum cuiusdam scriptoris quaerimus, clausulas, quas

[1] Apud Skiminam l. l. p. 4_2.
[2] Skimina, État... p. 38.

2. –⏑–⏑⏓: in oratione arhythmica 5,1%, apud Georgium Pachymerem 6,4%, apud Pausaniam 2,1% explet.

εἴσιν ἐκ Φαρῶν.
–⏑ – ⏑ –

στρατηγεῖν ἀπειρίας.
– ⏑ – ⏑–

Nunc restat, ut clausulas etiam enumerem, quae cum in oratione arhythmica tum in Descriptione Graeciae rarissime deprehendi possunt.

1. –––⏑⏓: apud Georgium Pachymerem 2,7%, apud Pausaniam 0,9% assequitur.

κρατῆσαι τῇ μάχῃ.
– – – ⏑ ⏑

τῶν Ἑλληνικῶν.
– – –⏑ –

2. –⏑⏑⏑⏓: Georgius Pachymeres 1,4%; Pausanias 0,7%

ἐγίνετο ὁ τάφος.
–⏑⏑⏑ ⏑ ⏑

ἐς Μακεδονίαν.
– ⏑ ⏑ ⏑⏑–

3. –––⏑⏑⏑⏓: G. Pachymeres 1,4%; Pausanias 0,3%.

Δυμαίων εἰσὶν ὅμοροι.
– – – ⏑ ⏑ ⏑ –

ἐς τὸν Θρᾷκα Θάμυριν.
– – –⏑ ⏑ ⏑⏑

4. ––⏑⏑⏑⏓: G. Pachymeres 2,0%; Pausanias 0,4%.

μοι ταῦτα ὁ λόγος.
– – ⏑⏑ ⏑ ⏑

τεθῆναι τὸ ὄνομα.
– – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑

5. –⏑⏑––⏑⏑⏓: G. Pachymeres 1,2%; Pausanias 0,2%.

θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων.
– ⏑⏑ – – ⏑ ⏑ –

χρόνον τινὰ καὶ ἡ τελέτη.
– ⏑⏑ – – ⏑⏑⏓

6. –⏑⏑–⏑⏑⏓: G. Pachymeres 1,4%; Pausanias 0,5%.

καὶ δέκα εἰσὶ πόδες.
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑

ἀγάλματος ἡ κεφαλή.
– ⏑⏑ – ⏑ ⏑ –

7. ⏑⏑⏑–⏑⏑⏑⏓ : G. Pachymeres 0,6%; Pausanias 0,3%.

ἱπποδρομίας δὲ ἐτέθη.
⏑ ⏑⏑– ⏑⏑⏑ –

γε ἀπὸ τοῦ ὀνόματος.
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑⏑ ⏑ –

8. ⏑⏑⏑––⏑⏑⏓ : G. Pachymeres 0,6%; Pausanias 0,3%

ὑπὸ Τεγεατῶν ὁ λόγος.
⏑ ⏑⏑–– ⏑ ⏑⏑

ἐπαγάγωνται Πέλοπος.
⏑ ⏑⏑ – – ⏑⏑⏑

9. –⏑–⏑⏑⏑⏓ : G. Pachymeres 2,7%; Pausanias 0,2%.

ἀποκτείναντι Ὕλλον Ἐχέμῳ.
– ⏑ – ⏑ ⏑⏑ –

αἶγας μάλιστα ἀγρίας.
– ⏑– ⏑ ⏑ ⏑–

10. ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏓ : G. Pachymeres 1,1%; Pausanias 0,2%.

ἐγένετο Ἄλεος.
⏑⏑⏑⏑ ⏑⏑⏑

Σύμβολα γέγονεν ὄνομα.
⏑ ⏑⏑⏑ ⏑⏑ ⏑

Clausulae hae in tabula auctorum, qui a Shewring[1] arhythmici putantur, non sunt enumeratae.

Cum igitur de clausulis a Pausania appetitis atque evitatis exposuimus, nunc restat, ut ad eas, quarum numerus idem fere in Descriptione Graeciae atque in oratione dissoluta est, accedamus. Hic clausulae, quae sequuntur enumerandae sunt:

1. –⏑–⏓ : in oratione arhythmica 14,2%, apud Pachymerem 13,4%, apud Pausaniam autem 13,5% assequitur.

Τεγεᾶται λέγουσι.
– ⏑ –⏑

ἔχοντα οὕτως.
– ⏑ ––

2. –––⏓ : in oratione non rhythmica 18,3%, apud G. Pachymerem 15,1%, apud Pausaniam 12,9% explet.

γενέσθαι Θηβῶν.
– – – –

τὸν Πηνειόν.
– – –⏑

[1] Skimina l. l. p. 152.

easdem clausularum formas in Cl atque in cl a Pausania evitatas vel appetitas esse. Formae enim, quibus auctor summopere favet et quae ea de causa maximam assequuntur centesimam, hae sunt:

1.	– ∪ – – ⏓	16,8%	θύουσιν οἱ Σφαιρεῖς – ∪ – – –
			οὐκ ἔφη δώσειν – ∪ – – –
2.	– ∪ – – ∪ ⏓	5,9%	λέγουσιν οἰκήτορας – ∪ – – ∪ ∪
			τὰ τέλεια τῶν θηρίων – ∪ – – ∪ –
3.	– ∪ ∪ – ∪ ⏓	4,0%	συμβάλλουσι μαχουμένους – ∪ ∪ – ∪ –
			ἔκφρων μετὰ τὴν θέαν – ∪ ∪ – ∪ –
4.	∪ ∪ ∪ – – ⏓	5,2%	ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ ὑός ∪ ∪ ∪ – – ∪
			Εὐρύπυλον ἐν μνήμῃ ∪ ∪ ∪ – – –.

Cum autem de cl formis ab auctore evitatis dicimus, clausulas, quae sequuntur, enumeremus necesse est.

1.	– ∪ ∪ – ⏓	4,4%	δρώμενά ἐστι – ∪ ∪ – ∪
			ἡγούμενος τὰ ὀνείδη,... – ∪ ∪ – –
2.	– ∪ – ∪ ⏓	2,7%	τῇ Ταυρικῇ θεῷ... – ∪ – ∪ –
			εἶχεν ἀφθόνους – ∪ – ∪ –
3.	– – ∪ ∪ ∪ ⏓	0,6%	οἰκία τοῦ βασιλέως – – ∪ ∪ ∪ –
			ἄγαλμα εἶναι παρὰ σφίσιν,... – – ∪ ∪ ∪ ∪
4.	– ∪ ∪ – – ∪ ∪ ⏓	0,2%	Ἀριστομένους ἡλικίαν – ∪ ∪ – – ∪ ∪ –
			προαπειπάμενοι τὴν φιλίαν,... – ∪ ∪ – – ∪ ∪ –
5.	– ∪ ∪ – ∪ ∪ ⏓	0,5%	ἐτιμωρεῖτο ὁ Τυνδάρεως,... – ∪ ∪ – ∪ ∪ –
			Λακεδαιμόνιοι πολέμου,... – ∪ ∪ – ∪ ∪ –

6. ⏑⏑⏑–⏑⏑⏑⏓ 0,1% ἐπολέμησεν Ὀδρύσαις,...
⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –

7. –⏑–⏑⏑⏑⏓ 0,4% διέμεινε πρὸς Μακεδόνας
–⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –

ἑλόντες ἐξ ἐπιδρομῆς,...
– ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ –

8. ⏑⏑⏑⏑⏑⏑⏓ 0,1% πόλεμος ἐγένετο

Simili ratione in Cl res se habet, ut e tabula adiecta conspicuum est. Nunc de typis, quos Pausanias neque appetivit neque in odio habuit, exponemus, ut conspectum omnium cl formarum accipiamus. Quorum centesimae cum eisdem in oratione dissoluta consentiunt. Huc pertinent:

1. –⏑–⏑⏑⏓ 2,6% ἀπήντησεν ἐμπόδιον,...
–⏑ – ⏑⏑⏑

καθημένους ἱκέτας.
– ⏑ – ⏑ ⏑ –

2. ⏑⏑⏑–⏑⏑⏓ 0,7% ἐτράπετο ὁ Τριπτόλεμος,...
⏑⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑

3. –⏑⏑⏑–⏓ 2,6% φασὶν ἐπὶ Λυγκεῖ
–⏑ ⏑ ⏑ – –

εἵπετο ἐκείνῳ,...
– ⏑ ⏑ ⏑ – –

4. ⏑⏑⏑––⏑⏓ 2,2% ἕνεκα τῶν Εὐρύτου,...
⏑⏑ ⏑ – –⏑ –

ὑπηγάγετο τὴν παρθένον,...
⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑

5. –⏑⏑⏑–⏑⏓ 1,7% ἐκφεύγοντα ὑπὸ ἰσχύος
– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑⏑

πλείονα ἐμαίνετο,...
–⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –

6. –⏑⏑––⏑⏓ 2,4% ἐγίνετο τιμωρίᾳ,...
–⏑⏑ – –⏑–

παρασκευάζοντο ἀμυνούμενοι,.
– ⏑ ⏑ – – ⏑ –

7. –⏑⏑––⏓ 4,2% λαθὼν ἀπεχώρησεν
– ⏑ ⏑ – – ⏑

ἐρῶντας τὸ ἀνάλγητον,...
– ⏑ ⏑ – – ⏑

8. –––⏓ 14,4% ἀναβαίνει τὸν Λάγου
– – – –

οἱ τὴν ἀρχὴν
– – – –

9.	⏑⏑⏑–⏓	1,9%	τὴν θυγατέρα ἔδωκε ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑
			τρόπον ἔπραξαν,... ⏑⏑ ⏑ – ⏑
10.	–––⏑⏓	2,3%	καταβάλλει τὴν κύνα – – – ⏑⏑
			πολέμου τοῦ ὑστέρου – – – ⏑–
11.	–⏑⏑⏑⏑⏓	1,2%	συνῆει τὰ στρατόπεδα,... – ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑
			ἦν αὐτίκα ἀφανής,... –⏑⏑ ⏑ ⏑ –
12.	⏑⏑⏑–⏑⏓	1,0%	ὁδὸν ἀπὸ τοῦ Δρόμου ⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ –
			ἀκριβὲς ἀποχρῶντα ἦν ⏑ ⏑⏑ – ⏑ –
13.	––––⏑⏑⏓	1,3%	προσθήκῃ τῷ ἐς Τισαμένον – –– –⏑ ⏑⏑
			Εἰλειθυίας ἱερὸν – – –– ⏑⏑⏑
14.	–––⏑⏑⏑⏓	1,1%	Μεσσήνην ἐκάλεσεν – –– ⏑⏑⏑⏑
			σταλέντων ἐς Σικελίαν – – – ⏑⏑⏑–
15.	⏑⏑⏑––⏑⏑⏓	0,6%	ἦγεν ὀπίσω τὴν στρατιάν,... ⏑ ⏑⏑– – ⏑⏑–
			παρὰ θεῶν φασὶν ἔχειν,... ⏑⏑ ⏑– –⏑ ⏑ –
16.	–⏑⏑⏑⏑⏑⏓	0,5%	ἔργον ἤρατο ἀνόσιον –⏑ ⏑ ⏑⏑⏑⏑
			Αἰγιαλείᾳ νόσος ἐπέλαβε – ⏑ ⏑ ⏑⏑⏑ ⏑
17.	–⏑⏑–⏑⏑⏑⏓	0,3%	Λυσιμάχου δὲ θυγατρός –⏑⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑
			καὶ δέκα εἰσὶ γενεαί – ⏑⏑ – ⏑ ⏑⏑–
18.	–⏑––⏑⏑⏓	1,1%	τοῦ πατρὸς τοὺς φονέας,... – ⏑ – – ⏑⏑–
			Λύκῳ δεῆσαι πολέμου – ⏑– – ⏑⏑–

Cum deinceps tabulam Cl cum tabula cl comparamus, primo iam obtutu cernimus centesimas cl, quas Pausanias praecipue

appetivit, paulum imminui, si eas cum centesimis Cl componemus:

– ⏑ – – ⏓	Cl – 19,7%	cl – 16,8%
– ⏑ – – ⏑ ⏓	Cl – 7,9%	cl – 5,9%
– ⏑ ⏑ – ⏑ ⏓	Cl – 4,6%	cl – 4,0%
⏑ ⏑ ⏑ – – ⏓	Cl – 7,0%	cl – 5,2%.

Accrescit autem numerus formarum, quae eundem numerum atque in oratione dissoluta assequuntur, dum numerus cl, quas auctor evitabat, deminuitur. Centesimae enim formarum

– ⏑ ⏑ ⏑ – ⏓; – – – ⏑ ⏓; – ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏓; – – – ⏑ ⏑ ⏑ ⏓; ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ ⏓,

quas a Pausania in Cl evitatas esse scimus, in cl ad numerum accrescunt, quem in oratione arhythmica assequi solitae sunt. Qua ex comparatione facile intellegi potest auctorem in cl paulo rarius clausularum typis, quos in Cl praecipue appetiverit, usum esse. Nunc in unum comprehendamus necesse est ea, quae de clausulis apud Pausaniam dici possunt: cum scriptoris nostri orationem cum G. Pachymeris atque aliorum prosae arhythmicae auctorum oratione componimus, primo obtutu observamus apud Pausaniam in periodorum vel sententiarum confiniis clausulas inveniri, ex quibus quattuor typi, ut supra iam demonstravimus, ei praeter modum cordi fuerunt.

III

Nunc cum de variis clausularum typis plane exposuimus, ad quaestionem investigandam, quot syllabas ultimum vocabulum contineat, pergamus atque perscrutemur necesse est, quot syllabas vocabula in contextu, quot autem in clausulis creberrime contineant. Quaestio enim haec in rhythmo cuiusdam auctoris investigando magni est momenti; si eam diligentissime investigamus, perfacile animadvertere possumus, utrum scriptor in clausulis consulto vocibus utatur, quae alium syllabarum numerum atque vocabula in contextu creberrime usitata contineant.

Incipiamus autem a monosyllabis vocibus. Quarum numerus in Cl 1,6%, cl 2,4%, in contextu autem 9,5% explet, ut e tabula adiecta perspicitur (tabula III). Differentiam

igitur inter earum vocum centesimas in Cl, cl, et T magnam esse videmus, cum plus quam 7,0% efficiat. Ex hac igitur comparatione apud Pausaniam in clausulis monosyllaba vocabula rarissime occurrere apparet; non tamen est, cur miremur, quia res in sententiarum confiniis apud alios prosae scriptores eodem modo se habet. Deinde ad dissyllaba vocabula accedamus eamque rem exemplis explicemus et comprobemus. Discrimina, quae inter harum vocum centesimas in Cl, cl, et T prodeunt, nullius fere sunt momenti, quoniam 2,7% non excedunt. Cum de vocibus dissylabis dicimus, notandum etiam est, quod quattuor earum typi discerni possunt, quarum duobus Pausanias cum in Cl et cl tum in contextu creberrime usus est i. e.: —— (Cl 15,5%; cl 12,5%; T 11,0%) atque —◡ (Cl 8,6%; cl 8,2%; T 7,7%). Si igitur numeros supra allatos secum compones, auctorem dissyllabas voces pari modo in clausulis atque in T usurpavisse animadvertes. Mono- et dissyllabis vocabulis investigatis in trisyllaba accuratius inquiramus, quae quaestio apud scriptorem nostrum maximi est momenti. Voces eius generis in Cl 38,1%, in cl 35,7%, in T autem 27,4% explere videmus. Discrimina igitur inter earum centesimas 8,3% et 10,7% assequuntur. Quae cum ita sint, nulli dubitationi obnoxium est auctorem non fortuito sed consulto trisyllabis vocabulis in confinio sententiarum usum esse atque eis praecipue favisse. Alia quoque vocum trisyllabarum genera in Cl et cl, alia autem in contextu a Pausania usurpata esse animadverti perfacile est, quod etiam opinionem nostram confirmat. In clausulis enim maximam centesimarum partem typi ——— et ——◡ assequuntur (Cl—7,6% et 7,0%; cl—6,4% et 6,1%), in contextu autem ◡—◡ et ◡——, dum illorum alter 2,3%, alter 4,1% explet. Differentia igitur, quae inter centesimas earum apparet, typos eius modi scriptori in clausulis cordi fuisse indicat. Ceteris autem vocabulorum generibus Pausaniam pari modo in Cl ac in T usum esse elucet, cum centesimae parum inter se differant. Nunc voces, quae quattuor continent syllabas, in calculos vocemus. Apud scriptorem nostrum res ita se habet, ut vocabula haec cum in clausulis ante pausas graviores tum in clausulis ante pausas leviores minorem centesimarum numerum quam in contextu expleant, sed discrimen inter eas 4,6% in Cl, 3,2% autem in cl non excedat

(Cl—18,5%; cl—19,9%; T—23,1%). Qua de causa non sine iure accipere possumus auctorem, cum operam dedisse videatur, ne in periodorum vel sententiarum confinio vocabula quadrisyllaba usurparet, tamen eius modi voces in odio non habuisse. Typi autem, quibus Pausanias saepissime usus est, hi sunt: in Cl, cl ⏑——⏑, ⏑———, in T ——⏑—. Cum tamen typi, qui in clausulis creberrime occurrunt, in contextu multo rarius inveniantur, altera autem ex parte numerus eorum, qui in T maximam centesimarum obtineant partem, in clausulis imminuatur, accipiamus necesse est Pausaniam de ultimi vocabuli quantitate tum quoque curavisse, cum in confinio sententiarum voce quattuor syllabas continente uteretur. Alios enim quadrisyllabarum vocum typos in Cl et cl, alios autem in T usurpat. Nunc restat, ut etiam de polysyllabis vocabulis breviter dicamus i. e. de vocibus, quae plus quam quattuor continent syllabas. Iam cum tabulam adiectam (tabula III) inspicimus, numerum earum non magnum esse statim videmus. Discrimina autem inter centesimas in Cl, cl et T, quae pro nihilo sunt habenda, auctorem pari modo vocabulis eius generis in clausulis atque in contextu usum esse docent. His omnibus consideratis in unum comprehendamus, quae summatim de ultimis apud Pausaniam vocabulis dici possunt. Omnia exempla, quae supra attulimus, scriptorem nostrum in sententiarum vel periodorum confiniis trisyllabis vocabulis libentissime usum esse, monosyllaba evitavisse, cetera autem pari modo in clausulis atque in contextu usurpavisse sine dubio docent. Deinde etiam de ultimae et paenultimae clausularum pedis quantitate breviter dicamus necesse est, quae optime tabula adiecta illustrantur. Primo iam obtutu manifestum fit octo ultimae pedis typos discerni posse, quorum formae —— et —⏑ cum in clausulis ante pausas graviores tum ante pausas leviores saepissime apud Pausaniam inveniuntur. Postremo, ut caput claudamus, de ultimae syllabae, qua clausula finitur, quantitate, pauca quoque explanabimus, cum quaestio haec in rhythmo investigando non levis sit momenti. Erant enim scriptores rhythmici, qui operam navarent, ut clausula longa syllaba finiretur. Ut autem de hac re apud Pausaniam paulo accuratius quaereremus, ultimae syllabae quantitatem in unoquoque clausularum genere (tabulae IV, V, VI), diligentissime investigavimus et deinde brevium longarumque syllabarum

numerum in clausulis cum earum numero in textu atque in oratione dissoluta comparavimus.

Cl	%	cl	%
— —	32,6	— —	32,9
— ◡	31,9	— ◡	29,6
— ◡ —	16,6	— ◡ —	15,6
— ◡ ◡	10,1	— ◡ ◡	10,9
— ◡ ◡ —	4,2	— ◡ ◡ —	3,8
— ◡ ◡ ◡	2,8	— ◡ ◡ ◡	3,6
◡ ◡ ◡ —	1,1	◡ ◡ ◡ —	2,5
◡ ◡ ◡ ◡	0,7	◡ ◡ ◡ ◡	1,1

Syllabae breves in oratione arhythmica 46,0%, longae autem 54,0% assequuntur[1]. Ex his igitur satis apparet syllabas longas in lingua Graeca brevibus paulo crebriores esse, quae naturali sermonis Graeci structurae respondent. Apud Pachymerem simili ratione res se habet, cum in opere eius brevium syllabarum numerus 46,6%, longarum 53,4% expleat, quod ab aliorum scriptorum oratione dissoluta nihil fere discrepat. Cum autem de syllabae ultimae quantitate in clausulis apud Pausaniam disserimus, operae pretium est cognoscere, qua ratione in singulis clausularum typis res se habet. Quod e conspectu, qui sequitur, conspicuum est. Ex eis igitur, quae supra demonstravimus, paulo plures clausulas esse, quae in syllabam longam exeant quam quae in brevem facile animadverti potest. In clausularum etiam formis a Pausania praecipue appetitis syllabae ultimae quantitas sicut in ceteris fere nullius est momenti, cum in clausulis ante pausas graviores syllabae breves in numero 45,5%, longae autem in numero 54,5% inveniantur. Discrimen igitur inter eas 9,0%, dum in eiusdem scriptoris contextu atque apud alios arhythmicae prosae auctores 8,0% explet. Ut deinde numerum, quem syllabae longae in enuntiatorum confinio apud Pausaniam assequi solent, cum numero earum in textu eiusdem scriptoris comparare possem, centum textus versus diligentissime investigavi[2]. In versibus his longae syllabae nume-

[1] Skimina, État actuel... p. 72.

[2] Paus. IX, 14,1–16,2. Spiro.

rum 828 i. e. 54,0 %, breves autem 707 i. e. 46 % explent. Omnium syllabarum numerus 1535 est. Cum igitur in textum inquirimus, syllabas breves in numero 46,0 %, longas in numero 54 % occurrere videmus. Qua ex comparatione primo obtutu perspicitur cum longae tum breves syllabae eundem fere numerum in clausulis ante pausas graviores atque in textu assequi. Quod autem ad syllabae ultimae quantitatem in clausulis ante pausas leviores attinet, simili ratione res se habet: syllabae breves 45,2 %, longae autem 54,8 % explent. Ut res manifestius demonstretur, numeros, quos syllabae longae et breves apud alios prosae scriptores assequuntur, secum componamus[1].

Pausanias: T—54:46; Cl—54,5:45,5; cl—54,8:45,2;
Pachymeres: 53,4:46,6
Oratio arhythmica: 54:46
Demosthenes: (Phil. I) 60,6:39,4

Discrimen, quod in Pausaniae Descriptione Graeciae inter syllabas longas et breves in Cl et cl interest, minime a discrimine abhorret eo, quod in scriptoris nostri contextu atque in aliorum auctorum oratione arhythmica apparet. Cum autem Pausaniam cum Demosthene, apud quem syllabae longae brevibus multo antecellunt, comparamus, statim videmus scriptorem nostrum nihil curavisse, ut syllabas breves evitaret. Quae cum ita sint, in propatulo iacet Pausaniam in clausulis cum ante pausas graviores tum ante leviores syllabae ultimae quantitatem non curavisse. Quantitas eius apud scriptorem nostrum nullius fere est momenti, quod ex eis, quae supra dixi, plane elucet.

IV

In hac operis mei parte, quot vocibus aut syllabis singula clausularum genera apud Pausaniam efficiantur, exponere in animo habeo. Quaestionem enim nobis propositam non exhauriremus, si ea res silentio praetermitteretur. Numquam unum vocabulum, quod multas continet syllabas, clausulam efficit, saepius tamen clausulae e duobus, tribus vel pluribus etiam vocibus componuntur, cum scriptor in sententiarum exitu vocabula, quae plus quam tres complectuntur syllabas, maximam ex parte evitare studeat, ut iam supra diximus. Quod

[1] Skimina, État actuel... p. 72, 79, 122.

igitur ad eam rem attinet, in unoquoque clausularum genere typi certi quidam discerni possunt, e quibus auctor alios appetit, alios autem effugit atque, cum exempla prolata perlustras, haud difficile cernere potes, qui eorum auctori praecipue cordi sint, quos autem in odio habeat. Clausulas, quae rarissime cernuntur, praetermittemus atque de eis tantum generibus tractabimus, in quibus typi saepius ab auctore usitati occurrunt. Ut rem manifestius demonstraremus, omnia clausularum genera cum ante pausas graviores tum ante leviores diligenter examinavimus et quod investigatione effectum erat, exemplis allatis illustravimus. Cum autem res in unoquoque clausularum genere alio modo se habeat, de unoquoque singullatim dicendum est atque discernendum, cuius modi typi in singulis clausularum generibus inveniantur et quam crebro occurrant. Si autem acceperimus eos, qui maximum centesimarum numerum assequuntur, a Pausania praeter modum appetitos esse, a veritate non recedemus. Singula exempla, quae nullos typos efficiunt, nomine „ceterorum typorum" designavimus. Nunc igitur in singula clausularum genera accuratius inquiramus.

	— ∪ — — ⏒	19,7%
1.	θεοῦ νομίζοντες. — ∪ — — ∪	4,2%
2.	μοι διδαχθῆναι. — ∪ — — —	0,8%
3.	ἐκέλευσεν ἐκτῖσαι. — ∪ — — —	2,6%
4.	πάντες Ἕλληνες. — ∪ — — ∪	2,0%
5.	καλούμενος Πεῖρος. — ∪ — — ∪	1,6%
6.	ἡλίου Κηρός. — ∪ — — ∪	1,0%
7.	τὸν Ἑλισσόντα ἐκ πηγῆς. — ∪ — — —	1,8%
8.	ἔσχεν ἐν παισί. — ∪ — — ∪	1,6%
9.	ἐς βυθὸν χωρεῖν. — ∪ — — —	0,6%
10.	ἐπιχωρίων ἔχον τιμάς. — ∪ — — —	0,8%
11.	εἶναι τὸ σημεῖον. — ∪ — — ∪	1,0%
12.	πρὸς τὸν Εὔθυμον. — ∪ — — ∪	0,4%
13.	ceteri typi	1,3%

Cum exempla supra prolata perlustramus, haud difficile est visu auctorem in clausula –∪––⏓ saepissime forma 1 usum esse, quam deinde formae 3,4, et 7 subsequuntur.

	–∪––∪⏓	7,9%
1.	ἔμελλε τὴν ἡμέραν. – ∪ – – ∪ –	1,0%
2.	ἐστι τὰς Προιτίδας. – ∪ – – ∪∪	0,9%
3.	εἰρημένον χωρίον. – ∪ – – ∪∪	0,9%
4.	θηρίον δείματος – ∪ – – ∪∪	0,5%
5.	ἀπέγνω δικαστήριον. – ∪ – – ∪∪	1,0%
6.	μάλιστα εἶναι φίλος. – ∪ – – ∪∪	0,2%
7.	εἶχον ἀργοὶ λίθοι. – ∪ – – ∪ –	0,2%
8.	Πλαταιεῦσιν ἡγήσατο. – ∪ – – ∪∪	0,2%
9.	ἐστιν εἰκασμένον. – ∪ – – ∪∪	0,3%
10.	ceteri typi	2,7%

Cum de dicretico dicimus, protinus observare possumus quattuor eius clausulae formas enumerari posse, quae creberrime inveniantur; huc formae, quae sequuntur, pertinent: 1, 2, 3 et 5. Quod ad clausulam hanc attinet, addendum etiam est in eo clausularum genere satis magnum numerum esse exemplorum, quae nullis typorum, quos enumeravimus, adici possunt. Numerus eorum enim 2,7 % explet.

	––––∪⏓	4,1%
1.	γενέσθαι τοῖς δρωμένοις. – – – – ∪ –	0,7%
2.	Φώκῳ τῷ Αἰακοῦ. – – – – ∪ –	0,6%
3.	Ἀθηναίου ποιήματα. – – – – ∪∪	0,3%
4.	αὐτὸς μνησθήσομαι. – – – – ∪ –	0,2%
5.	ἐσπέμψας φάρμακον. – – – – ∪∪	0,4%
6.	ἐσβεβληκὼς ἐς τὴν κυνῆν. – – – – ∪ –	0,3%
7.	ceteri typi	1,6%

Dum clausula haec 4,1% non excedit, sex typi discerni possunt, qui summatim 2,5% explent. Qua de causa formas a scriptore praecipue appetitas vel evitatas discerni difficile est, cum earum centesimae minime inter se differant, ut ex exemplis supra allatis satis apparet. Nam duo dumtaxat typi enumerari possunt, qui paulo saepius quam ceteri cernuntur i. e.: 1 et 2.

—∪—⏓	13,5%
1. τελευτὴν γενέσθαι. — ∪ — —	5,8%
2. τῆς θαλάσσης. — ∪ — —	2,0%
3. ἐσήμαινεν οὐδέν. — ∪ — ∪	1,8%
4. ἐστιν ἄλσος. — ∪ — ∪	1,6%
5. ἀνηγορεύθη. — ∪ — —	0,4%
6. ἐξίτηλα. — ∪ — ∪	0,4%
7. ἐκεῖνον τὸ ᾆσμα. — ∪ — ∪	1,4%
8. ἐς τὸ τεῖχος. — ∪ — ∪	0,1%

